Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



angelicam dignitatem: quia prima die ipsam
spiritalem condidit; De qua legitur in libro
beati iob; Cum me laudarent simul astra matuti
na & iubilarent omnes filii dei; In terra uero: in for
mem materiam: Alii quippe uocabulo caeli ac
terrae ipsam informem materiem ex qua crea
tum est caelum & terra: Nec immerito quia futu
rum erat ut ex ipsa formarentur; Nam caelum
postea scribitur factum; Taliter dictum est: quem
admodum si sem arboris consideranter dicamus; ibi
esse radices; & robur; & ramos; & fructus; & folia;
Non quia iam sunt: sed quia inde futura sunt; ipsa
enim inconfusa materia; quasi semen caeli ac terr
rae erat; Nam illi qui caeli nomine hoc uisibile
caelum: & terrae uocabulo hanc conspicuam in
telligi uolunt; si eis opponatur quid de secre
secunda & tertia die; omnino non habent quid
respondere queant; Qui uero ut dictum est caeli
nomine spiritales intellegunt dignitates; actem
uocabulo; informem materiam ex qua cuncta
formata sunt; hi quoq; recte sentiunt & sensus
eorum credendus est; Tamen si idonei sunt ad
discernendum quid praecedat aeternitate: quidem